



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Rvperti Abbatis Monasterii Tuitiensis, ordinis sancti  
Benedicti, Theologi antiqui ac plane clarissimi, in Cantica  
Canticorum de incarnatione Domini commentario[rum],  
libri VII**

**Rupertus <Tuitensis>**

**[Köln], 1527**

**VD16 B 3703**

Veniat dilectus meus in hortum suum, ut comedat fructum pomorum  
suo[rum].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34445**

RVP. IN CAN.CANT. CA. III  
siam de multitidine gentium.

CAP. V.

Veniat dilectus meus in hortum suum,  
ut comedat fructum pomorum suorum.

Vt dilectus meus mihi loquitur, ita est: Ego  
hortus, ego fons hortorum, ego fons signatus, e-  
go gratia eius puteus aquarum uiuentium, & e-  
missioes meæ paradysus malorum punicorum.  
Veniat ergo ipse in hortum suum, ut comedat  
fructum pomorum suorum.

Non, quomodo Eua inuitauit virum suum, ego  
inuitito dilectum meum? Illa inuitauit virum su-  
um ad comedendum pomum, non suum, pomum  
alienum, pomum interdictum: ego inuitito dilec-  
tum meum ad hortum suum, ad comedendum  
fructum pomorum, non alienorum, sed fructum  
pomorum suorum, quemadmodum dicit meus  
cibus est, ut faciam uoluntatem patris mei, quæ  
uidelicet uoluntas patris salus & uita est gene-  
ris humani, quod ipse plasmavit, quod benedi-  
xit, quod perditum reparauit. Et quid tam pro-  
prie suum inter omnes fructus pomorum suorum,  
quam ego, quæ sum prima de primicis pomorum,  
imo etiam fons hortorum? Veniat igitur in huc  
hortum suum, & me transferendo in illuc tertiu-  
m cœlum, in illu[m] tertium paradysum, quo abi-  
bit, quo me uidente, ascendit, comedat fructum  
pomorum suorum: perficiat usq[ue] in finem per-  
ducat gratiam eorum, quæ in me celebrata sunt  
operum suorum. Ex quo in cœlum abiisti, cre-  
bro reuerteris in illum, quem dicis, paradysum  
primicis, quæ optima sunt inter primicias carūdem

Ioan. 4

2. Cor. 12.  
Actu. I.

COMMENTAR. LIB. IIII. 64

emissionum mearum. Tot enim iam comedis  
fragmina malorum punicorum, quot beatas a-  
nimas martyrum confessorumque tuorum hinc  
assumis, & transfers in illud uitæ sempiternæ se-  
cretum. Quando ita uenies in hunc hortum tu-  
um, ad istum quem dicis fontem hortorū? Quā-  
do ita uenies ad me, ut ubi tu es, illuc ego tecum  
sim.

Ioan. I. 4.

**V**eni in hortum meum, soror mea spon-  
sa, messui myrrham meam cum aromati-  
bus meis. Comedi fauum cum melle meo  
bibi uinū meum cū lacte meo. Comedite  
amici, & bibite, & inebriamini charissimi.

**O**mnia quæ generi humano ad salutem siue  
restaurationem ipsius erant necessaria, ego te si-  
lente perfeci, soror mea sponsa: nunc me quies-  
cente tibi debetur aliqua eiusdem operis portio  
tua. Quid tantum ad requiem tuam festinas?  
Ego nascendo, moriendo, resurgendo, & in coe-  
lum ascendendo, salutem mundi operatus sum:  
nūc cum amicis & testibus meis te superesse o-  
portet, & omnium quæ facta sunt idoneum per-  
hibere testimonium, cum necessaria operatione  
signorum atq; uirtutum. Diligenter auscultet  
amici, & enarrant omnibus nuptiarum nostra-  
rum filij, quatuor ista quæ facta sunt, quia ue-  
ni in hortum meum, & quia messui myrrham  
meam cum aromatibus meis, & quia comedi fa-  
uum cum melle meo, & quia bibi uinū meū cū  
lacte meo. Descendendo q̄ppe in uterū tuum, &  
assumendo carnē ut uerushō nascerer, q̄ uerus